


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gh 44 461



Gh 44.461



Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

DE

FIGURARUM, QUAE VOCANTUR σχήματα Γοργίεια, APUD HERODOTUM USU

SCRIPSIT

A. NIESCHKE.

Wissenschaftliche Beilage zum Jahresbericht des Realprogymnasiums und Progymnasiums zu Münden.

1891. Progr. No. 330.

Münden 1891.
Buchdruckerei von Wilhelm Klugkist.

Gh 44.461



Constantine fund

Disserenti mihi abhinc sex annos de Thucydide Antiphontis discipulo et Homeri imitatore et alia et earum orationis formarum, quae vocantur Gorgiea schemata, apud poetas et Thucydidem usus dignus visus est qui exponeretur. Qua in dissertatione eos qui Gorgiam illas figuras ornantes primum usurpasse aut invenisse dicerent atque eum litterarum Atticarum prosa artificiosa scriptarum conditorem appellarent, eiusdem auctoritati nimium tribuere conatus sum demonstrare. Sed cum materia non ita exigua esset, satis habui adumbrare quaedam et figurarum ornantium apud Herodotum usum praetermisi. Nunc occasione data materiam institutam, cum exponemus, quemadmodum Herodotus ipse quoque illa orationis lumina et quodammodo insignia iam ante Thucydidem adhibuerit, porro tractabimus et, quod eius fieri poterit, absolvemus. Neque vereor, ne rem inutilem vel supervacaneam in me susceperim, propterea quod et viri docti hanc ipsam rem vix paucis verbis perstrinxerunt et eam disputationem ipsam quoque aliquid ad explanandum figurarum ornantium apud solutae orationis scriptores saeculi quinti a. C. n. usum conferre posse puto.

Sed priusquam ad ipsam rem accedam, de vita et de tempore, quo Herodotus historias suas composuerit, quatenus quidem ad hanc quaestionem pertinent, pauca praemittere liceat. Atque praeter ea, quae ex Herodoti ipsius libris petita sunt, perpauca eorum, quae de eius vita veteres memoriae tradiderunt, eam auctoritatem

habent, cui fides tribuenda sit. Neque enim aut ea quae Pamphila[1]) de anno natali memoriae prodidit, aut ea, quae a Suida[2]) de libris Sami compositis aut a Plinio[3]) traduntur, aut alia, quae veteres ad singulas res explicandas excogitaverunt, digna videntur, quibus fides habeatur, sed in coniectura subita sive fortuita posita sunt. Tamen inter omnes, qui in vita Herodoti exploranda versati sunt, nunc satis constat eum Halicarnassi inter annos 490 et 480 natum esse. Jamvero verisimile mihi videtur propter causas a Kirchhoffio[4]) allatas Herodotum confecisse itinera sua, antequam Thurios proficisceretur[5]), et mortuum esse circiter Ol. 89[6]), non post Ol. 93, ut voluit Dahlmannius. Quo autem tempore et loco Herodotus historias composuerit, viri docti adhuc inter se dissentiunt, atque etiam iudicia si a viris doctis recentioris aetatis facta examinaveris, sententias inter se plane oppositas invenies. Cum Kirchhoffius, cuius argumentationibus multi[7]) assentiuntur, Herodotum libr. I—III, 119 Athenis inter annos 449—442 scripsisse, libr. III,

---

[1]) petita ex libro Apollodori et ab A. Gellio (Noctt. Att. XV, 23) servata: Hellanicus, H e r o d o t u s, Thucydides, historiae scriptores in isdem fere temporibus — floruerunt et non nimis distantibus fuerunt. Initio belli Peloponnesiaci H e r o d o t u s tres et quinquaginta — annos natus v i d e t u r. At Dionysius Hal. (iud. de Thuc. p. 820) haec dicit: ὁ δ' Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν παρεκτείνας δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν. (cf. Hermes XII. p. 327 in Mus. Rhen. 31,48 sqq.)

[2]) Suidas haec habet: „ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ' sqq. (cf. ea quae in actis academ. 1868 et 1878 dicit Kirchhoffius.

[3]) apud Plin. nat. hist. XII, 8: „urbis nostrae CCCX anno auctor ille (Herodotus) historiam suam condidit Thuriis in Italia“.

[4]) cf. Kirchhoff. p. 7, sqq. et p. 28 sqq.

[5]) Siciliam quidem et Italiam ex ea urbe profectus videtur visisse.

[6]) haec iam probavit Schoellius (in Philol. IX, p. 193 sqq.)

[7]) W. Nitzsch in Mus. Rhen. XXVII p. 232. E. Curtius (griech. Geschichte II p. 242. Heitz (adnot. 5, p. 445. O. Müller, Gesch. der *griech. Lit.).*

120—V, 77 in magna Graecia ante initium belli Peloponnesiaci, reliqua Athenis post Ol. 88 a. 2 conscripta esse statuat, hoc iudicium complures improbant velut Stein,[1]) Wecklein,[2]) alii. Atque Steinius quidem (in praef. p. XXIII) ab Herodoto libros singulis historiis velut Persicis, Lydiacis, Aegyptiis, Cyrenaicis ante a. 444 compositis in eam (quam nunc miramur) formam primis belli Peloponnesiaci annis redactos esse statuit. Illas autem rationes, quibus Bauer[3]) et exposuit Herodotum primo singulas historias (λόγοι) inter se non cohaerentes iam ante a. 445 scripsisse, postea retractatas et emendatas inter se coniunxisse, et (p. 129 sqq.)[4]) eos libros, qui de rebus a Xerxe gestis essent (lib. VII—IX), priusquam praecedentes (I—VI) componerentur, iam conscriptos esse conatus est demonstrare, Cwiklinskius[5]), Bachof[6]), Ammer[7]), alii satis mihi quidem videntur refellere, qui quidem novis argumentis confirmant id quod iam Kirchhoffius p. 3 statuerat, cuius verba ipsa repetam: „dass das Werk sichtlich von vornherein nach einem festen Plane[8]) und einer sorgfältigen, auch die Vertheilung und Anordnung des massenhaften in den Episoden untergebrachten Stoffes berück-

---

[1]) Stein. praef. p. XXII. adnot. 9.

[2]) Wecklein (über die Tradition der Perserkriege, Abhh. der Münch. Akad. 1876. I, 3 p. 271).

[3]) Bauer, die Entstehung des herodot. Geschichtswerkes. Wien 1878.

[4]) eadem fere statuit, quae Schoellius (in Philol. IX et X).

[5]) Cwiklinski, Zeitschr. für österr. Gymnasien. XXVII p. 273 sqq.

[6]) Bachof, quaestiuncula Herodotea, Eisenach 1880.

[7]) E. Ammer, Herodotus Halic. quo ordine libros suos conscripserit, Virceb. 1881; et cf. eius nova argumenta („über die Reihenfolge und Zeit der Abfassung des herodot. Geschichtswerkes. Straubing 1889.)

[8]) Quod iudicium videtur probare Gompertius ipse quoque, cum dicit haec: „doch es fehlt nicht an andern, ganz ebenso deutlichen Anzeichen, welche darauf hinweisen, dass Herodot an eben dieser Stelle sein Lebenswerk beenden und beschliessen wollte. . . . Die letzten Abschnitte IX, c. 108—113. 116 greifen unmittelbar auf I. c. 4 zurück. . . . (Sitzungsber. der philos. histor. Klasse der K. Akad. der Wissensch. Wien, 1883. CIII, p. 147 sqq.).

sichtigenden Disposition angelegt und ausgearbeitet worden ist."

Quid alia similia iudicia recentioris aetatis criticorum commemorem? Mihi quidem has quaestiones denuo movere non in animo est. Facile enim vel ex his variis et diversis sententiis, quas enumeravi, intellegi potest adhuc non satis constare, quo anno Herodotus coeperit historias scribere. Illud quoque adhuc dubium est, utrum ille iam Sami an Athenis an Thuriis scribendi initium ceperit. Utut vero haec se habent, ex illis locis libr. V—IX intextis: V, 77[1]) VI, 48, 49, 91, 98. VII, 106, 114, 137, 162, 233. IX, 73, qui loci ad res intra annos 432—428 gestas spectent, nescio an potius colligi possit illos certe quinque libros extremis annis scriptoris ab Ol. 87 a. 2 ad Ol. 88 compositos esse. Jamvero licet suspicari has historias praeclaras, cum et materia scribendi amplissima gravissimaque esset, et sermo, quo quidem utebatur, non satis excultus, sensim ac pedetemptim magno interposito temporis spatio elaboratas esse. Quanta enim arte Herodotus historiam quae iure vocatur, invenerit, inventam excoluerit, vel inde apparet, quod „historiae pater" a nobis quoque appellatur et summis laudibus a veteribus et a recentioribus criticis plerisque laudibus summis praedicatur. Huc referenda sunt et haec verba, quibus Herodotus Thucydidi ipsi a Dionysio Halic. anteponitur (in epist. ad Cn. Pompeium p. 767): „Ἡρόδοτος κρεῖττόν μοι δοκεῖ πεποιηκέναι Θουκυδίδου" — et ea, quae idem dicit (iud. de Thuc. p. 820): „τήν τε πραγματικὴν προαίρεσιν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξήνεγκε καὶ λαμπρότερον — πολλὰς δὲ καὶ διαφόρους πράξεις ἔκ τε Εὐρώπης ἔκ τε τῆς Ἀσίας εἰς μίαν περιγραφὴν πραγματείας ἀγαγεῖν — μιᾷ συντάξει περιλαβών."

---

[1]) Ei coniecturae, quam Steinius de illo loco facit in Bursiani *rell. ann. 1883 p. 209,* non assentior.

Quid? Steinius[1]), O. Müller[2]), Kirchhoffius[3]), alii, qui eum, priusquam rem ad finem perducere posset, subitam mortem abstulisse docent, nonne ipsi quoque concedunt iudicandi disserendique rationem, per omnes libros obviam, hominis esse res multas et varias experti atque summa arte libros (quos habemus) ab Herodoto conscriptos esse?

Ac de his quidem rebus satis dictum est. Venio nunc ad propositam nobis rem, quae in eo versabitur, ut videamus, num figurae ornantes, quae apud illum exstant, e sophistarum scholis originem trahant. Herodoti autem genus dicendi nativa quadam iucunditate conditum esse, et eum quippe qui cum auctoritatem poetarum epicorum tum Homeri sequeretur, ab ea arte, qua rhetores sive sophistae verba vincirent, ab illorum festivitatibus prorsus alienum fuisse ante paucos annos omnium fere in unum congruerunt sententiae. In Thucydidis quidem libris illa orationis lumina, quae σχήματα Γοργίεια appellantur, elucere cum multi veteres saepe tum Dionysius Halicarnassensis demonstraverunt. Quorum iudicia aut secuti aut impugnantes ipsi quoque multi recentioris aetatis viri docti ut Reiskius, Heilmann, Poppo, Krüger, O. Müller, Blassius, Jebb disseruerunt, quomodo et quantopere ornamentis et verborum et sententiarum Thucydides uteretur. At eisdem figuris Herodotum usum esse a veteribus, qui de eiusdem genere dicendi disserunt, quantum equidem iudicare possum, nulla mentio fit. Cicero quidem qui saepius[4]) cum Thucydide eum una nominat,

---

[1]) cf. Stein. ed. Herod. praef. p. XXX: „diesem wohl gegliederten Ganzen aber — — — eine Seele einhauchte, dass es als ein schön organisirtes Kunstwerk dasteht."

[2]) O. Müller (Gesch. der griech. Lit. 1876) p. 456 haec dicit: „zu allem kommt der Ton der Jonischen Mundart — — um das Werk des Herodot zu einem in sich so harmonischen und in seiner Art so vollkommenen Produkte zu machen, als es ein Menschenwerk nur immer sein kann."

[3]) cf. Kirchhoff. p. 3.

[4]) cf. Cic. or. 12,39. 55,186. 65,219. — de orat. II, 13,55.

Herodotum illis orationis luminibus caruisse statuere videtur, cum (or. 12,39) dicit „longissime ipsos (Herodotum Thucydidemque) a talibus deliciis vel potius ineptiis afuisse; alterum (Herodotum) sine ullis salebris quasi sedatum amnem fluere, alterum incitatiorem ferri et de bellicis rebus canere etiam quodam modo bellicum“. Jamvero apud eundem, quamquam ipse (de orat. II, 13,55) Antonium dicentem facit „tantam esse Herodoti eloquentiam, ut se magnopere delectet“, nusquam scriptum est eum rhetoricae institutionis participem fuisse. Quid autem Dionysius Halic., a quo Thucydidem de figurarum usu graviter reprehendi[1]) quis est quin ignoret, de Herodoti genere dicendi senserit, intellegi potest vel ex eis laudibus, quibus cum in aliis libris tum in eo, qui inscriptus est „περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος“, Herodotum laudat. Qui (de Thucydide iud. p. 865) dicit Herodotum superioribus compositione et verborum electione et varietate orationis conformandae (κατὰ τὴν τῶν σχηματισμῶν ποικιλίαν) multo praestitisse et, ne oratio ad artem persuadendi (πειθοῦς) et venustatem suavitatemque (χαρίτων καὶ τῆς ἡδονῆς ἕνεκα) poematis praestantissimis inferior esset, principem effecisse; et ibidem paulo post (p. 866) monet nullas fere virtutes elocutioni Herodoteae defuisse nisi (ἐναγώνιοι ἀρεταί) eas, quae aptae essent pugnae (ἀγών), forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum. Quae virtutes quid sibi velint, facile cognoscitur ex altero loco (ep. ad Pomp. p. 776 sqq.), quo Thucydidis elocutionem cum Herodotea[2]) comparans Thucydidem in vehementibus et concitatis, Herodotum in lenibus animi permotionibus exprimendis superiorem

---

[1]) Theophrastum his locis Cicero videtur sequi. V. quae O. Jahn disseruit de hac re (praef. orat. p. XXVI) et nuperrime H. Ball. (Die Bekanntschaft röm. Schriftsteller mit Herodot. Berlin, 1890. p. 12 sqq.).

[2]) cf. Dion. Halic. „περὶ τῶν Θουκυδίδ. ἰδιωμάτων“ p. 808 — et iudic. de Thucyd. p. 887. p. 928. p. 935, aliis locis. cf. Blass. I p. 216.

[3]) cf. cens. de vett. scriptor. p. 424 sqq., ubi Dionysius de utro*que historico* similiter disputat

esse vult; et (p. 777) huius pulchritudinem dicit hilarem, illius grandem esse (τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρόν ἐστι, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου). His igitur laudibus a Dionysio Halic. Herodotus ornatur, simili laude aliis locis. Neque vero ille in libris suis, quos quidem legerim, Herodotum eis orationis luminibus usum esse commemorat neque cum Gorgia Herodotum una nominat, cum ab eo saepius Thucydides[1]) cum Gorgia simul nominetur. Quid? in Quintiliani libro, qui „institutio oratoria“ inscribitur, nonne unum fere idemque iudicium scriptum videmus? Qui libr. X c. 1,73 praedicat Herodotum dulcem et candidum et fusum esse atque, cum Thucydides concitatis melior sit, hunc remissis affectibus, illum contionibus, hunc sermonibus, illum vi, hunc voluptate meliorem esse. Ex altero autem loco (libr. IX c. 4, 16—18), quo Quintilianus cum elocutione eorum scriptorum, qui in orationibus similiter cadentia vel desinentia et contrariis relata contraria praebeant, Herodoti genus dicendi comparat, facile intellegi potest eundem negare illas ornantes figuras in Herodoti libris deprehendi posse, cum (p. 18) dicit „in contionibus[2]) quidem etiam similiter cadentia quaedam et contraposita deprehendi, in Herodoto vero omnia leniter fluere“. Neque aliter senserunt, quantum equidem iudicare possum, multi veteres scriptores velut Longinus, Dio Chrysostomus,[3]) Athenaeus, Marcellinus,

[1]) cf. Dionys. Halic. in epist. ad Pompeium p. 762: „τῆς Γοργίου καὶ Θουκυδίδου κατασκευῆς ἐρασθείς“ et de admir. vi Demosth. p. 968.

Illud autem iudicium, quod Dionysius de figurarum apud Thucydidem usu facit, recte improbare mihi quidem videntur Steinberg („Beiträge zur Würdigung der thuk. Reden. Berlin 1870) p. 8 sqq. et Stein (de figurarum apud Th. usu. Köln 1881).

[2]) Haec verba Quintiliani cum ad alios rerum scriptores tum imprimis ad Thucydidem, quippe quem Quintilianus paulo ante (p. 16) nominaverit et (X, 1,73) Thucydidis contiones commemoraverit, mihi quidem videntur spectare.

[3]) cf. ea quae Ruhnkenius et Usener eum secutus nuperrime de hac similitudine disseruit (in comment. „Dionysii Halic. librorum de imitatione reliquiae epistulaeque crit. duae“ Bonnae 1889).

alii. Qui ipsi quoque omnes Herodoti genus dicendi, quippe quod a dicendi ratione rhetorum plane abhorreat, candidum et dulce esse et cum lenitate quadam aequabili profluere dicunt.

Recentiorum autem Herodoti interpretum sententiae diversae sunt. Alteri ut Kreuzer,[1]) Ulrici,[2]) O. Müller,[3]) Stein,[4]) alii eisdem fere verbis, quibus veteres, tractum Herodoti orationis lenem et aequabilem ornant eximia laude et eum ab illa arte (qua Gorgias primus verba vinxisse traditur) longissime abesse dicunt. Huc referendum est illud quoque, quod Poppo (proleg. I p. 46) scribit „orationes Herodoteas ut breviores esse ita omnibus oratoriis carere ornamentis et artificiis atque confabulationum

---

[1]) Kreuzer (Herodot und Thukydides p. 654 sqq.): In demjenigen, was er (Herodotus) auch öffentlichen Personen in den Mund legt, zeigen sich mehr die Eigenschaften des altepischen Dialogs als der kunstmässigen Rede, mehr sinnliche Umständlichkeit und ruhiges Leben, als dialektisch-scharfe Bestimmtheit und das Anspruchsvolle planmässig angelegter Vorträge". idem in arte histor. p. 165 sqq.

[2]) Ulrici (Charakteristik der antiken Historiographie p. 38 sqq.): Diese Reden (Herodoti) sind nur kurz und skizzenartig, ohne allen rhetorischen Glanz und Prunk, sich kaum über den ebenen Strom der Darstellung erhebend; nur um letzterer Abwechselung und Leben zu geben, scheinen sie wie von selbst der Feder entflossen zu sein.

[3]) O. Müller (ed. Heitz 1875) p. 456 haec dicit: „So bewegt sich der Strom seiner Jonischen Rede in anmutiger Gelassenheit fort . . . grössere Satzgefüge finden sich meist nur in der Rede der Personen, wenn Gründe und Gegengründe verglichen, Bedingungen aufgestellt und deren Folgen entwickelt werden, aber man muss gestehen, dass Herodot da, wo solche logische Verhältnisse durch syntaktische Mittel deutlich gemacht werden sollen, sich meist noch sehr ungeübt zeigt und bei aller Mühe keinen leichten Überblick der Gedanken hervorbringt."

[4]) Simile iudicium exstat apud Steinium (prolegg. ad edit. Herodot. p. 53), cuius verba ipsa repetam: Anschauliche Klarheit, ruhige Ausbreitung, natürliche oft naive Anmut sind die eigentümlichen Vorzüge der herodotischen Schreibart . . . et (p. 54). „Nur zuweilen verschieben sich, besonders dem rhythmischen Wohlklange zu Liebe, die Wörter aus ihrer naturgemässen Ordnung, und drängen sich, zumal in Reden, die Sätze zu dichteren und verwickelteren Massen zusammen."

et narratiuncularum potius nomine dignas esse." Quin etiam La Röche[1]) eis orationis formis (quae vocantur σχήματα) Herodotum caruisse ratus prooemium quippe in quo illa orationis lumina invenirentur, Herodoto abiudicandum esse censuit. Alteri autem velut Dielsius, Maassius,[2]) Sittl[3]) sententias illorum impugnant et orationis genus, siquidem arguta contraria et circumscripti certique verborum ambitus, qui sophistarum eiusdem aetatis proprii fuerint, iuxta orationem simplicem et incomptam saepius apud eum deprehendantur, candidum aut aequabile tractumque esse negant. Dielsius quidem de dicendi genere huius rerum scriptoris (Herm. XXII p. 424 „Herodot und Hekataios") hunc in modum iudicat: „Der Schein der Einheitlichkeit und Gleichartigkeit verfliegt bei näherem Zusehen bald. Wie der Inhalt seiner ἱστορίη aus allen Enden zusammengeholt erscheint, so ist auch seine Darstellung eine merkwürdig bunte. Diese ποικιλότης ist schon den Alten im Gegensatze zu den andern Joniern aufgefallen. — Neben der traditionellen Naivetät der ionischen λογοποιία vernimmt man schon oft die scharfgespitzte Antithese und die Periodenzirkelei der gleichzeitigen Sophistik, die freilich dem biedern Halikarnassier anfänglich noch etwas sauer wird." Restat ut Kleberi,[4]) qui quidem „recentiorum Herodoti inter-

[1]) La Roche (vid. Philol. XIV 1859), qui scribit: „und wir gelangen zu der Ansicht, dass dies wortschwallreiche, aber gedankenarme Produkt mit seinen Tautologien und abenteuerlichen Konstruktionen nun und nimmermehr von Herodot sei."

[2]) Maass, qui (Hermes XXII p. 580) Dielsi iudicium his verbis probat: Herodot steht stilistisch in der Mitte zwischen den Extremen, die Gorgias und der Verfasser der Schrift vom Staate der Athener repräsentieren. Er kennt die neue Weise und versucht sie nicht durchgehends, aber doch oft. Bemerkt ist die Thatsache längst, aber erst durch Diels richtig beurteilt.

[3]) cf. quae Sittl. II p. 388 dicit: „Soviel dürfte aber feststehen, dass Herodots Stil nicht naiv, sondern künstlich geformt ist."

[4]) Kleber, de genere dicendi Herodoteo quaestiones selectae. Löwenberg 1890.

pretum quemquam de figurarum usu iudicium protulisse“ (p. 20) perperam negat, sententiam similem proferamus. Qui in „quaestionibus selectis“ p. 3 et p. 5 statuit Herodotum „rhetorum praecepta secutum schemata quaedam ab illis inventa valdeque commendata atque ab aequalibus vehementer comprobata ad orationem ornandam ratione adhibuisse“ atque figuras ornantes (ἀντιθέσεις, πάρισα, ὁμοιοτέλευτα, παρηχήσεις, παρονομασιάς) et incitantes (anaphorae formas, asyndeta, polysyndeta, alia, p. 21 sqq. enumerat; quis autem rhetorum fuerit, quem Herodotus sequeretur, nulla fit mentio.

Ac de iudiciis a criticis veteribus et recentioribus factis hactenus. Proximum est, ut anquiramus, num figurae, quae a grammaticis „Gorgieae“ appellantur, apud Herodotum exstent et quomodo adhibitae sint. Quarum figurarum ornantium usque ad Aristotelis aetatem solas notas fuisse has: ἀντίθεσιν, παρίσωσιν, παρομοίωσιν, ac ne a Gorgia quidem plures[1]) usitatas esse vel ex eis apparet, quae Aristoteles Gorgia non nominato in arte rhet. III, 9, 1410 , 1 sqq. de eis ipsis figuris dicit. Quo loco nomine „παρομοίωσις“ ab eodem comprehensae sunt eae figurae, quae ab aliis scriptoribus recentioribus Gorgiae tribuuntur: παρονομασίαι, ὁμοιοτέλευτα, παρηχήσεις,[2]) id quod facile intellegi potest ex his eodem loco allatis exemplis. Gorgiea paronomasia apparet 1410 a, 29: ἀγρὸν γὰρ ἔλαβεν ἀργὸν παρ᾽αὐτοῦ.

ib. 1410 a, 31 ᾠήθησαν αὐτὸν παιδίον τετοκέναι,
ἀλλ᾽αὐτοῦ αἴτιον γεγονέναι, continet homoeoteleuta et parisa.

ib. 1410 a, 33, 34 ἄξιος δὲ σταθῆναι χαλκοῦς,
οὐκ ἄξιος ὢν χαλκοῦ; parison cum parechesi

[1]) cf. quae Isocrat. or. XII, 233b de illis figuris sentit: „οὐκ ὀλίγων ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν.“

[2]) V. quae de his figuris disserui l. l. p. 30 et p. 36 sqq.

Hae omnes figurae vel cursim Herodoti historias legentibus facile occurrent; locos autem, quorum verba illa elocutionis ornamenta efficiunt, non minus in rerum gestarum narratione quam in sermonibus vel orationibus operi Herodoteo insertis invenies. Quamquam eorum locorum, quos Kleber (p. 21—23) nuper attulit, oratoriae cuidam arti pauci servire mihi videntur. Nam primum contraposita seu potius antitheta effici verbis horum locorum equidem nego: II, 135^{25}. III, 14^{40}. IV, 10^{9}, 11^{10}, 62^{20}, 69^{12}, 111^{12}, 132^{6}. V, 78^{6}. Deinde non tali arte videntur vincta esse, ut paria paribus reddantur, verba et aliorum locorum, quos ille enumeravit, et horum imprimis: IV, 12, 19, 34^{5}, 42^{16}, 73^{6}, 87^{6}, 116^{8}, 134^{3}. Tum his ipsis quoque locis, quibus Kleber similiter definita (ὁμοιοτέλευτα) inveniri vult, cum eadem figura ullam similitudinem esse prorsus negandum est: III, 3^{7}, 106^{10}. IV, 46^{14}, 91^{5}, 116, 180^{6}, 199. VII, $8^{a\,9}$, 57^{5}, 105^{7}. IX, 120^{11}. Postremo ex eis exemplis, quibus idem Herodotum non abhorruisse a paullum immutatis verbis atque deflexis (παρονομασίᾳ vel παρηχήσει) demonstrare conatur, in illis figuris cum multa tum haec exempla ducenda esse non puto: I, 32 ἐκείνῳ ἐνεῖκαι IV, 8 θείῃ τύχῃ c. 23 ὑπώρεαν ὀρέων ὑψηλῶ νc. 26 ἐπετείους ἐπιτελέοντες c. 31 εἶδε οἶδε τὸ λέγω c. 41 τοιαύτη μὲν καὶ τοσαύτη ἡ Ἀσίη c. 74 αὕτη καὶ αὐτομάτη φύεται c. 95 οἱ δέ μιν ἐπόθεόν τε καὶ ἐπένθεον c. 113 ἐποίουν τὠυτὸ τοῦτο c. 139 ὑπέρ τε ἡμέων καὶ ὑμέων c. 165 ἱκέτης ἵζετο V, 25 ἔταμε καὶ ἐνέτεινε VI, 32 ἐνορχίας εὐνούχους VII, 51 μηδεμιῇ μηχανῇ IX, 102 <συν>επισπόμενοι συνεσέπιπτον c. 116 τάφος τε καὶ τέμενος.

I, 26 ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας I, 32 ἡ ἑτέρη τῇ ἑτέρῃ IV, 144 τοῦ καλλίονος τὸν αἰσχίονα VI, 76 ἀφανές ἐκδιδοῦσαν ἀναφαίνεσθαι VII, 103 ἐςπλεῦνας ἐλάσσονες etc.

Quamquam eos locos, de quibus ante dixi, a talibus ornamentis longissime abesse dicendum est, tamen alia plura exempla, quorum verba efficiant illa schemata, a Klebero ibidem allata esse equidem concedo velut I, 32,

87, 207, 210. III, 3, 82, 122, 127^{12}. IV, 9^{22}, 90^{6}, 114. V, 6, 103. VII, 8γ, 18, 46, 171, 194, 236. VIII, 83. IX, 41, 122.

Priusquam autem vestigia huius dicendi generis latius persequar, ne quid omittam, quaeramus, cuius auctoritatem in adhibendis figuris Herodotus secutus sit.

Herodotus ipse neque ullos magistros dicendi sive rhetores nominat neque de sophistarum studiis scholisque mentionem facit, cum ab eodem poetae saepius nominentur et laudentur ut Homerus II, 23, 53, 116, 117. IV, 29, 32. V, 67. VII, 161. Hesiodus II, 53. IV, 32. Alcaeus V, 95. Sappho II, 135. Solon I, 29—34, 86. II, 177. V, 113. Simonides V, 102. VII, 228. Phrynichus VI, 21. Aeschylus II, 156. Pindarus III, 38.

„Sophistarum" quidem nomine Herodotus nuncupat illos, qui „sapientes" vocati sunt (I, 29), et eodem titulo ornat Orphaicos et Pythagoram (II, 49. IV, 95); quibus locis σοφιστής significat idem quod σοφός. Cui voci aliam vim subicit iam Thucydides, quippe qui sophistas (III, 38, 1—3, 7.) carpat, Protagoras, cum se ipse sophistam nuncupat,[1]) saepe Xenophon, Plato,[2]) alii posteriores. Herodotus igitur nullius magistri dicendi vel rhetoris eiusdem aetatis usquam mentionem facit. Neque veteres vitae scriptores Herodoti institutionem oratoriam aut attingunt aut breviter perstringunt, quippe qui illum, ut aute dictum est, rhetoricae institutionis participem fuisse videantur non statuisse. Pauci autem recentiorum ut Herodotum eisdem artis instrumentis, quibus sophistas eiusdem aetatis uti censent, ita non nominant rhetores, quorum auctoritas in hoc Herodoti genere dicendi valuerit.

Maassius quidem Protagorae scripta Herodotum cognita habuisse eumque in disputationibus inter principes Persarum (III, 80—82) institutis de tribus rerum

---

[1]) cf. Foss, de Gorgia Leontino commentatio p. 39 sqq. Blass, Attische Beredsamkeit I p. 12. p. 23 sqq.

[2]) Xenophon. memorab. I, 6, 13. Plato. Protag. p. 312 D. 318 *A—E. Gorg. p. 520* A.

publicarum conformationibus sophistam secutum eadem quae Protagoram[1]) in libello[2]) „καταβάλλοντες“ tractavisse demonstrare conatus est. (cf. Herm. XXII, p. 581 sqq.). Contra Duemmler[3]) illo loco Herodotum non usum esse tali fonte, sed has disputationes Herodoto proprias et tamquam ex ipsius ingenio natas esse recte mihi quidem videtur docere. Vereor autem ne Duemmler ipse quoque eam disputationem, quam Herodotus (III, 30)[4]) „de moribus dominantibus“ instituit, ex libello quodam Hippiae Elei haustam esse non recte coniecerit. Nam ea ipsa digressio Herodoto, quippe qui multas variasque res expertus sit, et cui lege solutum tyranni imperium magno odio fuerit,[5]) propria mihi videtur. Cuius capitis verba omnia inter se apta et colligata esse quis est qui neget? Accedit quod eandem rationem iudicandi et disserendi per omnes eius libros reperimus. In extrema autem digressione est illud Pindari. Pari modo extrema orationis verba ornat sententiis Herodotus locis compluribus, ut III, 81 Megabyzum dicentem haec facit: „ἀρίστων δὲ ἀνδρῶν οἰκὸς ἄριστα βουλεύματα γίνεσθαι.“ III, 134 Atossa utitur hac sententia: „αὐξομένῳ γὰρ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες, γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀπαμβλύνονται.“ Mardonii orationis (VII, 9) verba extrema sunt haec: „αὐτόματον γὰρ οὐδέν, ἀλλ᾽ ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι.“[6]) Homerum quidem extrema ora-

---

[1]) Illas Herodoteas disputationes (III, 80—82) ad ea, quae in rhetorum s. sophistarum scholis tum ipsum disceptata essent, spectare Zeller iam (Philos. der Griechen I^{4} p. 1001) monuit.

[2]) v. quae Blassius de hoc libello Protagorae exposuit (I p. 26).

[3]) cf. F. Duemmler, Akademika, Beiträge zur Litter. Giessen 1889. p. 247 sqq.

[4]) Eundem locum vult Zeller (I^{4} p. 939, 1) respicere ad ea quae in sophistarum scholis lata sint.

[5]) quanto in odio illi imperium tyranni fuerit, vel ex hoc loco cognoscimus (IV, 80): „νόμαιά τε κινέει πάτρια καὶ βιᾶται γυναῖκας κτείνει τε ἀκρίτους.“

[6]) Cui loco simillimum est illud Manili (I, 96) „omnia conando

tionis vel sermonis verba saepe sententia iam ornavisse vel ex his Iliadis locis patet: I, 218. II, 204. 205. III, 108—110. X, 224—226. Quocunque autem modo haec res se habet, id quidem certum mihi videtur Herodotum neque ab Hippia Eleo neque a Protagora, quippe qui a more orationi ornatus illis figuris afferendi longissime „afuisse[1]) dicantur, eum accipere potuisse. Fragmenta[2]) quidem et ipsa verba, quae Plato utrumque dicentem facit,[3]) omnia fere ab illo orationis ornamento vacant. Platonem uno loco (in dialogo Hipp. mai. 282 A) Hippiam artificiosa verborum aequalitate[4]) utentem facere nihil interesse puto. Hic quaeret quispiam, nonne Herodotus Gorgiae auctoritatem in adhibendis figuris secutus sit. Quem disciplina Gorgiae institutum esse atque adeo orationem ad illius praecepta conformasse vix credibile mihi videtur. Quae sententia temporum rationibus facile refellitur. Atheniensibus enim, quorum animos Gorgiam legatum anno 427 Athenas missum nova sua et inaudita dicendi ratione delectavisse Diodorus Siculus (XII, 53) memoriae tradit,[5]) ad id tempus illud dicendi genus, quod Gorgias profitebatur, videtur novum et inauditum fuisse. Quae cum ita sint, haud scio an Gorgias tum demum publice orationes illis festivitatibus ornatas habuerit

---

docilis sollertia vicit", et illud Theocriti (Idyll. XV, 62): „πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται."

[1]) cf. Blass I p. 29 et p. 33 sqq. Foss de Gorgia Leontino commentat. p. 46 sqq.

[2]) cf. fragm. Protagorae libelli in Plut. consol. ad Apollon. c. 33 et ea quae reliqua ex Hippiae libris afferuntur a Plutarch. Stob. Flor. 88, 22; 42, 10. et apud. Clem. Alex. Strom. VI, 624 A.

[3]) cf. Hippiam maiorem Platonicum; Protag. 320 C. — 322 D. 337 C. — 338 A.

[4]) εὐλαβούμενος μὲν φθόνον τῶν ζώντων,
φοβούμενος δὲ μῆνιν τῶν τετελευτηκότων.

[5]) cf. ea quoque quae Plato (Hipp. mai. p. 282) et Timaeus (apud Dionysium iud. Lys. c. 3; p. 458) scribunt.

easque in ea urbe, quippe quae „domus doctrinae“[1]) haberetur. Quodsi Gorgias inter annos 444 et 440 (Ol. 84) teste Olympiodoro (Ann. phil. suppl. XIV 1848 p. 112) illud opus philosophicum περὶ φύσεως Empedoclem secutus conscripsit[2]) et paucis annis post aut in patria aut alibi artem rhetoricam excoluit, Herodotum, quippe qui sub idem tempus ab Ol. 83 fere ad Ol. 88 historias componeret, ex arte Leontini quidquam assumsisse a verisimilitudine equidem puto abhorrere. Adde quod, si Herodoteum dicendi genus cum Gorgieo comparabis, Herodotum ut illa orationis lumina de industria quaesita crebro adhibuisse, ita eis non insolentius abusum esse neque pro magnitudine operis satis multa exempla inveniri posse videbis. Gorgiam autem inanis saepe orationis ornatus causa eis festivitatibus intemperatius usum esse quis est qui nesciat. Jamvero loco aptissimo eaedem figurae ab Herodoto positae sunt. Quae saepe in contionibus sive sermonibus,[3]) in sententiis (γνώμαις), aut ubi civitates vel homines comparantur,

---

[1]) cf. illud Periclis: „ξυνελών τε λέγω τὴν πᾶσαν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι (Thucyd. II, 41).

[2]) V. quae monuit Susemihl (in Ann. phil. 1877 p. 795 sqq. et in quaestionibus epicrit. 1884 Gryphisw. p. XX), Dielsius p. 367, Blass. I p. 47 sqq.

[3]) Nonnulla ex orationibus vel sermonibus Herodoti exempla afferamus eaque prima antitheta I, c. 126 τὴν μὲν προτέρην ἡμέρην πάντα σφι κακὰ ἔχειν, | τὴν δὲ τότε παρεοῦσαν πάντα ἀγαθά. || c. 210 ἀντὶ μὲν δούλων ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρσας εἶναι, | ἀντὶ δὲ ἄρχεσθαι ὑπ' ἄλλων ἄρχειν ἁπάντων. || II, c. 122 τὰ μὲν νικᾶν αὐτήν, | τὰ δὲ ἑσσοῦσθαι ὑπ' αὐτῆς. || III, c. 1 ἵνα ἢ δοὺς ἀνιῷτο | ἢ μὴ δοὺς — ἀπέχθοιτο. || ibidem εἶχε οὔτε δοῦναι | οὔτε ἀρνήσασθαι. c. 40 τὸ μέν τι εὐτυχέειν, | τὸ δὲ προσπταίειν. || c. 53 πολλοὶ δὲ ἤδη τὰ μητρώια διζήμενοι | τὰ πατρώια ἀπέβαλον. c. 65 εἴτε δόλῳ ἔχουσι αὐτὴν κτησάμενοι, | δόλῳ ἀπαιρεθῆναι, || εἴτε καὶ σθένεϊ τεῳ κατεργασάμενοι, | σθένεϊ κατὰ τὸ καρτερὸν ἀνασώσασθαι. || c. 72 πολλά ἐστι τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἷά τε δηλῶσαι, | ἔργῳ δέ. || ἄλλα δ' ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οἷά τε, | ἔργον δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν λαμπρὸν γίνεται. || c. 80 φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι — | χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν ἀστῶν. || c. 127 ἔφυγον οὔτε πρότερον | οὔτε νῦν σὲ φεύγω. || c. 201 ὡς κατὰ μὲν τὸ ἰσχυρὸν οὐκ αἱρετοὶ εἶεν, |

denique elucent in eis locis, quibus, ut narratio[1]) exornetur atque orationis vis augeatur, sententia postulat,

---

δόλῳ δὲ αἱρετοί. VII, 8 γ οἵ τε ἡμῖν αἴτιοι ἔξουσι δούλιον, οἵ τε ἀναίτιοι. ‖ c. 11 ἀλλὰ ποιέειν | ἢ παθεῖν, ‖ ἵνα τάδε πάντα ὑπὸ Ἕλλησι, | ἢ ἐκεῖνα πάντα ὑπὸ Πέρσῃσι. ‖ c. 14 ὡς καὶ μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο ἐν ὀλίγῳ, | οὕτω καὶ ταπεινὸς ὀπίσω κατὰ τάχος ἔσεαι. ‖ Apud eundem haec parisa habes: I, c. 32 πολλὰ μὲν ἔστι ἰδεῖν, | — πολλὰ δὲ καὶ παθεῖν. ‖ c. 88 πόλιν τε τὴν σὴν διαρπάζει | καὶ χρήματα τὰ σὰ διαφορέει. ‖ c. 87 ἐν μὲν γὰρ τῇ οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι, | ἐν δὲ τῷ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας. ‖ III, c. 3 τὰ μὲν ἄνω κάτω θήσω, | τὰ δὲ κάτω ἄνω. ‖ c. 14 τὴν μὲν θυγατέρα ὁρέων κεκακωμένην | καὶ τὸν παῖδα ἐπὶ θάνατον στείχοντα | οὔτε ἀνέβωσας | οὔτε ἀπέκλαυσας. ‖ c. 22 δολεροὺς μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, | δολερὰ δὲ αὐτῶν τὰ εἵματα. c. 72 τὰ μέν κου καταιδεόμενος ἡμέας, | τὰ δέ κου καὶ δειμαίνων. ‖ ibid. ὁμοίως ἂν ὅ τε ἀληθιζόμενος ψευδὴς εἴη | καὶ ὁ ψευδόμενος ἀληθής. ‖ c. 80 νόμαιάτε κινέει πάτρια | καὶ βιᾶται γυναῖκας | κτείνει τε ἀκρίτους. ‖ ibidem πάλῳ μὲν ἀρχὰς ἄρχει, | ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει, | βουλεύματα δὲ πάντα ἐς τὸ κοινὸν ἀναφέρει. ‖ c. 122 ὀρθώσεις μὲν σεαυτόν, | σώσεις δὲ καὶ ἐμέ. ‖ IV, c. 114 ἡμῖν εἰσὶ μὲν τοκέες, | εἰσὶ δὲ κτήσιες. ‖ ibidem ἡμεῖς μὲν τοξεύομέν τε | καὶ ἀκοντίζομεν | καὶ ἱππαζόμεθα, | ἔργα δὲ γυναικήια οὐκ ἐμάθομεν. ‖ c. 132 ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς οὐρανόν | ἢ μύες γενόμενοι κατὰ τῆς γῆς καταδύητε | ἢ βάτραχοι γενόμενοι ἐς τὰς λίμνας ἐσπηδήσητε. ‖ c. 133 ἐκτὸς μὲν ἔσεσθε πρὸς ἐκείνου αἰτίης, | ἐκτὸς δὲ πρὸς ἡμέων. ‖ c. 139 καὶ τά τε ἀπ' ὑμέων ἡμῖν χρηστῶς ὁδοῦται | καὶ τὰ ἀπ' ἡμέων ἐς ὑμέας ἐπιτηδέως ὑπηρετέεται. ‖ Similes sunt exitus (ὁμοιοτέλευτα) his locis: I, c. 87 ἔπρηξα τῇ σῇ μὲν εὐδαιμονίῃ, | τῇ ἐμεωυτοῦ δὲ κακοδαιμονίῃ. ‖ c. 88 τὴν σὴν διαρπάζει | — τὰ σὰ διαφορέει. ‖ c. 155 ὡς μήτε ἀποστέωσι | μήτε δεινοί τοι ἔωσι. ‖ III, c. 36 ἐπετρόπευσας — συνεβούλευσας. IV, 132 καταδύητε — ἐσπηδήσητε. c. 139 ὁδοῦται — ὑπηρετέεται. Neque praetermittendi sunt nonnulli loci, quibus verba leviter commutata (παρονομασίαι) ponuntur: I, c. 87 εὐδαιμονίῃ — κακοδαιμονίῃ. c. 207 τὰ δέ μοι παθήματα — ἀχάριτα μαθήματα. III, c. 52 πειρᾶσθαι ἀπειρημένου. III, 53 τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ. c. 81 ἀρίστων ἀνδρῶν οἰκὸς ἄριστα. c. 82 κακότητα — κακότητος — τοῖσι κακοῖσι — οἱ γὰρ κακοῦντες. c. 122 χρήματά τοι οὐκ εἶναι κατὰ τὰ φρονήματα. IV, c. 9 ἔσωσα — σῶστρα. c. 96 οὔτε ἀπιστέω οὔτε ὧν πιστεύω. et aliis pluribus locis libr. V—IX eadem schemata ab Herodoto usurpantur.

[1]) Quod ut illustretur, satis est exempla ex libris prioribus proponere. Paria paribus redduntur et opponuntur contraria his locis: *I, c. 4* τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν ἀνοήτων, |

cum Gorgias contrariis uteretur, ubi nullus locus erat contrariis, et ut paria paribus adiuncta essent, verba

---

τὸ δὲ μηδεμίαν ὥρην ἔχειν σωφρόνων. || c. 5 τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν, | τὰ πολλά αὐτῶν σμικρὰ γέγονε, | τὰ δὲ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα, | πρότερον ἦν σμικρά. c. 133 σίτοισι δὲ ὀλίγοισι χρέωνται, | ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖσι. || ibidem ἢν μὲν ἅδῃ καὶ νήφουσι | χρέωνται αὐτῷ, || ἢν δὲ μὴ ἅδῃ | μετιεῖσι. || c. 199 αἱ μὲν γὰρ προσέρχονται | αἱ δὲ ἀπέρχονται. || II, c. 35 αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι, | οἱ δὲ ἄνδρες — ὑφαίνουσι. || ibidem οὐρέουσι αἱ μὲν γυναῖκες ὀρθαί, | οἱ ἄνδρες κατήμενοι. || ibidem τὰ μὲν αἰσχρὰ ἀναγκαῖα ἐν ἀποκρύφῳ ἐστί — | τὰ δὲ μὴ αἰσχρὰ ἀναφανδόν. || ibidem τρέφειν τοὺς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ οὐδεμία ἀνάγκη μὴ βουλομένοισι, | τῇσι δὲ θυγατράσι πᾶσα ἀνάγκη καὶ μὴ βουλομένῃσι. || c. 36 φυρῶσι τὸ μὲν σταῖς τοῖσι ποσί, | τὸν δὲ πηλὸν τῇσι χερσί || c. 68 τὸ πολλὸν τῆς ἡμέρης διατρίβει ἐν τῷ ξηρῷ, | τὴν δὲ νύκτα πᾶσαν ἐν τῷ ποταμῷ. || c. 122 καὶ τὰ μὲν νικᾶν αὐτήν, | τὰ δὲ ἑσσοῦσθαι ὑπ' αὐτῆς. || c. 142 ἔνθα τε νῦν καταδύεται, | ἐνθεῦτεν δὶς ἐπαντεῖλαι || καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει, | ἐνθαῦτα δὶς καταδῦναι || οὔτε τὰ ἐκ τῆς γῆς | οὔτε τὰ ἐκ τοῦ ποταμοῦ — || οὔτε τὰ ἀμφὶ νούσους οὔτε τὰ κατὰ τοὺς θανάτους. || c. 171 πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἡλίσκετο — | πολλὰ δὲ καὶ ἀπέφευγε. III, c. 4 καὶ γνώμην ἱκανὸς | καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος. | c. 32 τὸν μὲν — ἥδεσθαι θεώμενον, | τὴν δὲ παρημένην δακρύειν. | c. 124 λοῦσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ Διός, | χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ Ἡλίου. || IV, c. 90 αἱ μὲν αὐτέων εἰσὶ ψυχραί, | αἱ δὲ θερμαί. || c. 116 ἅμα τοῖσι ἀνδράσι | καὶ χωρὶς τῶν ἀνδρῶν. c. 196 οὔτε γὰρ αὐτοὺς τοῦ χρυσοῦ ἅπτεσθαι πρὶν . . . | οὔτε ἐκείνους τῶν φορτίων ἅπτεσθαι. || Quid opus est verbis, cum vel ex his exemplis allatis satis apparere mihi quidem videtur, qua ratione Herodotus saepe periodorum seriem struxerit, et qualis mira illa scriptoris consuetudo sit aequandi numerum membrorum et haec schemata parvis conversionibus includendi? Maiorem autem illarum figurarum numerum in orationibus, quas interposuit, quam in narratione rerum gestarum inveniri docet minor numerus locorum qui afferri possunt. Paronomasiae et homoeoteleuta, quippe quae a simplici sermone aliena sint, ad exornandam narrationem raro ab eodem usurpantur. Id genus exempla apud Herodotum investigavi haec: I, c. 4 τιμωρέειν ἀνοήτων — ἔχειν σωφρόνων. II, c. 68 διατρίβει ἐν τῷ ξηρῷ — πᾶσαν ἐν τῷ ποταμῷ. c. 142 ἐνθεῦτεν δὶς ἐπαντεῖλαι — ἐν θαῦτα δὶς καταδῦναι. ibidem οὔτε τὰ ἀμφὶ νούσους | οὔτε τὰ κατὰ τοὺς θανάτους. c. 173 ἐπεὰν μὲν δέωνται χρᾶσθαι ἐντανύουσι, | ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι. || III, c. 46 τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα ἐπιλελῆσθαι | τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνιέναι. || VII, c. 44 ἐμακάρισε — ἐδάκρυσε. His homoeoteleutis addendi

prorsus non necessaria adderet. Gorgiae comprehensio et ambitus verborum plerumque certis finibus non circumscribitur, sed membris binis iunctis fine saepe videtur carere; at Herodotus illis ornamentis verborum utens membratim dicit eaque plerumque parvis conversionibus includit. Quae cum ita sint, non est, cur statuamus Herodotum ex illius arte quidquam assumsisse. An tibi Empedoclis praecepta Herodotus videtur imitatus esse, quippe cui Thuriis facultas illum audiendi data esset? Quod certo negare difficile est, praesertim cum Empedoclis reliquias [1]) perscrutantes compluria schemata Herodoteis simillima inveniamus, velut haec antitheta: v. 67. 68 = 116. 117. ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα, ἄλλοτε δ'αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει. Similia inveniuntur apud Herodotum III, c. 82 ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι κακοῖσι, φιλίαι δὲ ἰσχυραί. Paronomasiae, quae apparent apud Empedoclem v. 8 οὔτ' ἐπιδερκτὰ — οὔτ' ἐπακουστά. v. 287 ἀναπνεῖ πάντα καὶ ἐκπνεῖ. v. 423 δένδρεα δ' ἐμπεδόφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα. eaedem fere ab Herodoto usurpantur: I, c. 155 ἄπειπε μὲν — πρόειπε. IV, 2 ἐπιστάμενον — τὸ δ' ὑπιστάμενον. VII, c. 18 πρότερον ἀποσπεύδων —, τότε ἐπισπεύδων φανερὸς ἦν. IX, c. 41 πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ ἄσημον. c. 73 ἐξηγησάμενον — κατηγήσασθαι I, c. 100 οἱ κατάσκοποί τε καὶ κατήκοοι. IV, c. 46 ἄμαχοί τε καὶ ἄποροι. IX, c. 16 ὁμοτράπεζός τέ μοι καὶ ὁμόσπονδος ἐγένεο. II, c. 174 φιλοπότης — φιλοσκώμμων. Jam vero ab Empedocle in eodem versu saepe diversi casus eiusdem nominis

---

sunt ei loci, in quibus paronomasiae exstare nobis videntur: II, c. 173 ἐν θρόνῳ σεμνῷ σεμνὸν θωκέοντα. II, c. 174 ὅτε ἦν ἰδιώτης, ὡς φιλοπότης ἦν καὶ φιλοσκώμμων. IV, c. 2 ἐπιστάμενον — ὑπιστάμενον. c. 69 μάντιας ψευδομάντιας. V, c. 4 τὸν γινόμενόν σφι καὶ ἀπογινόμενον . . . τὸν μὲν γενόμενον — τὸν δ' ἀπογενόμενον. V, c. 6 τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται, | τὸ δὲ ἄστικτον ἀγεννές. ibidem ἀργὸν εἶναι κάλλιστον, | γῆς δὲ ἐργάτην ἀτιμότατον ||.

[1]) cf. Empedoclis fragm. (ἐκ τοῦ περὶ φύσεως πρ. et. ἐκ τῶν καθαρμῶν). *ed. H. Stein.* Bonnae 1852.

iterati subinde subiuncti sunt, ut in v. 170 λόγου λόγον. v. 197. 198 πυρὶ δ' αὐξάνεται πῦρ, — αἰθέρα δ' αἰθήρ. v. 254 δαίμονι δαίμων. v. 333—335 γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν —, ὕδατι δ'ὕδωρ, αἰθέρι δ'αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον, στοργῇ δὲ στοργήν, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ. Nonne simili vocabulorum congerie, — quae quidem a recentioribus viris doctis „parechesis" nominatur, — Herodotum ipsum his locis: II, c. 173 σεμνῷ σεμνόν. III, 53 τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ. V, c. 111 βασιλέα μὲν καὶ στρατηγὸν — βασιλέϊ τε καὶ στρατηγῷ προσφέρεσθαι. paulo post τοὺς ὑπηρέτας ἑτέροισί τε ὑπηρέτῃσι. VII, c. 237 ὅτι πολιήτης μὲν πολιήτῃ εὖ πρήσσοντι . . . . ξεῖνος δὲ ξείνῳ εὖ πρήσσοντι. IX, c. 26 τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ utentem deprehendimus?

Quamquam autem his exemplis esse cum illis Empedocleis figuris quandam similitudinem iudico, tamen Herodotum ipsa Empedoclea artificia in suum usum contulisse probabile mihi non videtur. Neque consentio cum Dielsio, qui primum Empedoclem orationis ornamenta, quae Siculorum propria fuissent, et in orationibus et in carminibus de industria quaesita adhibuisse nuper[1]) exposuit. Nam multo ante Gorgiae aetatem veteres poetae Graeci illis ornamentis universi non minus libenter et saepe, quam Empedocles, usi sunt, neque ab Homero usque ad Empedoclem facile ullus poeta, qui eis careat, reperiri potest. Qua in re non multum interest inter varia poesis genera, sed aeque omnes fere poetae, Homerus ceterique epici, poetae elegiaci, lyrici, tragici, comici idque saepe de industria elaborare mihi quidem videntur, ut „verba verbis quasi dimensa et paria respondeant, ut contraria contrariis opponantur, ut similiter vel

[1]) cf. Diels. (Gorgias und Empedocles, Sitzungsber. 1884 p. 366) haec verba: „so ist der Schluss unabweislich, dass Empedokles zuerst die in Sicilien volkstümlichen Verzierungen und Verschnörkelungen der Rede bewusst in seinen Reden und, soweit es irgend der epische Stil zuliess, in seinen Gedichten zur Anwendung brachte", et vid. quae Blassius I, p. 17,2 et p. 66,5 de hac re disseruit.

cadant verba vel desinant aut ut paulum immutata verba atque deflexa ponantur." Homerum quidem illis orationis ornamentis, quippe quae arguto Graecorum ingenio accomodatissima essent, favisse magnus exemplorum numerus docet, quae ex carminibus Homericis (in commentat. p. 39—66)[1]) a me allata sunt et facile augeri possunt. Hesiodus illa ipse quoque de industria quaesita crebro adhibuit. Ex eis autem locis, quos „ex operibus et diebus" collegi (ibidem p. 67), inveniuntur satis multi, qui Homericis tam similes sunt, ut ei loci ex Homeri carminibus petiti esse aut Homerus et Hesiodus quasi ex communi fonte hausisse[2]) mihi quidem videantur. Quo ex numero nunc propono hos versus, in quibus ab Hesiodo paria paribus adiunguntur, et talis congeries vocabulorum deprehenditur, qualem Herodotum et Empedoclem usurpare paulo ante [p. 20 sqq.] diximus: Hes. erg. v. 25. 26 καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει | καὶ τέκτονι τέκτων | καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει | καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. | v. 182 οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ | καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ. | vid. v. 353. 361. 382 ἔργον ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι. v. 644. Illae orationis formae[3]) ad similitudinem horum Homeri versuum fictae videntur: Iliad. II, v. 363 ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, | φῦλα δὲ φύλοις. XIII, 130. 131 = XVI, 215 φράξαντες δόρυ δουρί, | σάκος σάκει | ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, | κόρυς κόρυν, | ἀνέρα δ'ἀνήρ.— Odyss. VII, 120. 121 ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, | μῆλον δ'ἐπὶ μήλῳ αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, | σῦκον δ'ἐπὶ σύκῳ. | cf. XVII, 217. 218. His exemplis addi potest Hes. erg. v. 233 δρῦς ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, | μέσση δὲ μελίσσας, quocum versu conferri potest illud Homeri Iliad. VI 181 πρόσθε λέων |

---

[1]) v. quae „de Thuc. Antiphontis discipulo et Homeri imitatore" (Münden 1885) disserui.

[2]) cf. O. Müller (ed. Heitz) I, p. 135.

[3]) Quis hic non statim Gorgieae elocutionis meminit? Effert ille laudibus Athenienses hunc in modum (cf. Gorg. epitaph.): „ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς, | κόσμιοι εἰς τοὺς κοσμίους, | ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους | δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς."

ὄπιθεν δὲ δράκων, | μέσση δὲ χίμαιρα. | Ex aliis hos locos Homericis similes adicio: Hes. erg. v. 150 cf. Iliad. VIII, 15. Hes. erg. v. 101 πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, | πλείη δὲ θάλασσα. | cf. Iliad. VIII, v. 24 αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ', | αὐτῇ τε θαλάσσῃ. Hes. erg. v. 391 cf. Odyss. XV, 118. 119 Hes. erg. v. 311 cf. Iliad. IX, 319. 320. Quibus et aliis multis locis eodem fere modo, quo Homerus, Hesiodus illa schemata usurpare mihi quidem videtur. Hesiodi autem carmina cum non solum delectare, sed etiam docere velint, et „operum et dierum" magna pars „antiquissima praecepta practicae Graecorum philosophiae"[1]) contineat, non mirandum videtur non pauca orationis lumina apud Hesiodum inveniri, quae ab Homericis distant, id quod apparet vel ex his Hesiodei prooemii[2]) versibus (3—7):

ἄφατοί τε φατοί τε, | ῥητοί τ' ἄρρητοί τε Διὸς . . || ῥέα μὲν γὰρ βριάει, | ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει, | ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, | καὶ ἄδηλον ἀέξει, | ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν | καὶ ἀγήνορα κάρφει. |

Poeta ille in eis sententiis, quibus pie de Iove dicit, ad vim contrariorum (*ἀντιθέτων*) augendam non solum paria paribus adiungit, sed etiam repetitionem huius vocis (*ῥεῖα*) *ῥέα* quater adhibet. Denique huc referendi sunt hi versus: erg. 353—356 τὸν φιλέοντα φιλεῖν | καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι, || καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, | καὶ μὴ δόμεν, ὅς κεν μὴ δῷ. || δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, | ἀδώτῃ δ' οὔ τις ἔδωκε. || v. 715. 716 μηδὲ πολύξεινον | μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι. | μηδὲ κακῶν ἕταρον, | μηδ' ἐσθλῶν νεικητῆρα. || Quibus in praeceptis brevibus, quae proverbiis multo similiora videntur quam sententiis Homericis, elucet studium omnium illarum orationis formarum, quae *παρονομασίαι*, *πάρισα*, *ἀντίθετα* vocantur. Sed haec sufficiant de earum formarum apud Homerum et Hesiodum usu, cum vel ex eis quae attulimus,

[1]) cf. Fietkau, de carminum Hesiodeorum atque hymnorum quattuor magnorum vocabulis non Homericis p. 29.

[2]) V. quae de prooemio A. Kirchhoff disseruit. (Hesiodos' Mahnlieder an Perses. Berlin 1889) p. 38.

studium illarum antiquissimum esse intellegi possit. Poetas autem graecos inferioris aetatis omnes fere ex Homero et Hesiodo tanquam e fonte perenni hausisse quis est qui nesciat? Quid mirum quod poetae, qui Homeri aut Hesiodi ingenium sequi studebant et eorum genus dicendi ad imitandum sibi maxime proponebant, iidem his dicendi ornamentis atque etiam saepe similibus utebantur? Ex poetis elegiacis primos Callinum et Tyrtaeum, post eos Solonem, Theognidem, alios non solum sententias, sed etiam versuum partes et multas formulas ex hoc communi omnium fonte hausisse et carminibus suis inseruisse viri docti senserunt et multas Homeri aut Hesiodi imitationes attulerunt.[1]) Itaque vix mirum videtur quod ipsa quoque orationis lumina, quae saepius apud eos inveniuntur, Homericis aut Hesiodeis similia videntur. Ex infinita exemplorum copia haec pauca sumo:

Callinus (ed. Bergk.) I, v. 3 cf. Iliad. II, 797. ibidem v. 16. 17 cf. Odyss. V, 309—312. Iliad. XV, 494—497. A Tyrtaeo (XI, v. 31—33) haec verba iterantur aut breviter commutata ponuntur: καὶ πόδα παρ' ποδὶ θεὶς | καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας, | ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ, | καὶ κυνέην κυνέῃ, | καὶ στέρνον στέρνῳ. || cf. Iliad. II, 363. XII, 130. 131. Odyss. VII, 120. 121. XVII, 217. 218. Hes. erg. v. 25. 26 etc. — Haec schemata, quae apud Theognidem reperiuntur v. 158. 621. 929. 930 comparari possunt cum Homericis: Iliad. IX, 110. 450. XXIV, 530. Odyss. VIII, 63. 64. XIV, 83. 84. —

Theogn. v. 1107. 08 κατάχαρμα μὲν ἐχθροῖς, | τοῖς δὲ φίλοισι πόνος. || cf. Iliad. III, 50 δυσμενέσιν μὲν χάρμα, | κατηφείην δέ σοι αὐτῷ. Odyss. VI, 184 πολλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι, | χάρματα δ' εὐμενέτῃσι. || Theogn. v. 96 ὅς κ'εἴπῃ

---

[1]) Kuellenberg, de imitatione Theognidea, diss. Argent. 1877. Renner, Über das Formelwesen im griech. Epos und ep. Reminisc. in der älteren griech. El. Lips. 1872. Leutsch, Philol. vol. XXIX. XXX. Hiller, zu Theognis. Fleckeis, Jahrbb. 1881. A. Corsenn, quaestiones Theognideae, Lips. 1887.

γλώσσῃ λῶστα, | φρονεῖ δ'ἕτερα. || cf. Odyss. XVIII, 168 οἵ τ'εὖ μὲν βάζουσι, | κακῶς δ'ὄπιθε φρονέουσι. || et Iliad. IX, 312.—

Solon autem, ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant et contrariis contraria opponantur, elaborare mihi quidem videtur his potissimum versibus (ed. Bergk. IV, v. 31 sqq.) ὡς κακὰ πλεῖστα πόλει δυσνομία παρέχει, | εὐνομία δ'εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει | ... τραχέα λειαίνει, | παύει κόρον ὕβριν ἀμαυροῖ, | αὐαίνει δ'ἄτης ἄνθεα φυόμενα, | εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς, | ὑπερήφαντά τ'ἔργα πραύνει, | παύει δ'ἔργα διχοστασίης, | παύει — ἔριδος χόλον ||. Illam quoque orationis formam, quae παρονομασία vocatur, de industria quaesitam Solon videtur adhibuisse his verbis: δυσνομία — εὐνομία δ'εὔκοσμα λειαίνει — αὐαίνει. εὐθύνει — πραΰνει.[1]) Hi pauci loci, qui facile augeri possunt, docent, quam frequens apud poetas illorum luminum usus iam ante Empedoclis aetatem fuerit, et quotiens illi poetae Homeri aut Hesiodi ingenium sequi studuerint. Empedoclis ipsius quoque poesim pendere ex Homerica,[2]) et nonnulla ex hoc communi omnium fonte hausta aut ad similitudinem locorum Homericorum ficta esse vel ex his paucis versibus intellegi potest: v. 8 οὕτως οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν | οὐδ' ἐπακουστά. (Parison.) cf. Hom. Odyss. XI, 109 ὃς πάντ' ἐφορᾷ | καὶ πάντ' ἐπακούει. || (Iliad. XVIII, 63); ibidem v. 282 ὣς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, | πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσεν, | ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, | δαλερὸν δαλερῷ δ' ἐπόχευεν ||. deinde v. 197. 333—335. Similiter paria paribus adiuncta sunt ab Homero Iliad. II. v. 362. 63 et XIII v. 130. 131. Odyss. VII, 120. 121. —

---

[1]) Eodem ornamento saepissime et libenter Theognis utitur v. 195 ἔνδοξος κακόδοξον. v. 677 κόσμος — δασμός. v. 829 κεῖρε κόμην, | ἀπόπαυε δὲ κῶμον. v. 831 πίστει — ὄλλεσσα, | ἀπιστίῃ δ'ἐσάωσα. v. 1026 ἔχθει μηδ' ἄχθου.

[2]) cf. Diog. Laert. VIII, 57: Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Σοφιστῇ φησι πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν — ἐν δὲ τῷ περὶ ποιητῶν φησιν ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τ'ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος etc. deinde cf. Aristot. de arte poet. lib. 1457 b 25, 1458 a 6. 1461 a 21.

Illud Empedoclis v. 287 ὧδε δ' ἀναπνεῖ πάντα καὶ ἐκπνεῖ conferre licet cum Homerica paronomasia Odyss. X, v. 83 ἠπύει εἰςελάων, | ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει. deinde cf. XII, v. 105 τρὶς — ἀνίησιν — | , τρὶς δ'ἀναροιβδεῖ. XX, v. 357 ἠέλιος — ἐξαπόλωλε, | — ἐπιδέδρομεν ἀχλύς ||. Iliad. XXIII, 116 πολλὰ δ'ἄναντα | κάταντα | πάραντα |. Quanto acrior antithesis reddatur, quod eadem verba a diversis vocibus compositivis incipiunt, quis est quin intellegat. Similis egregia paronomasia ab Empedocle eo efficitur, quod in utroque verbo priores partes idem significant, cum alterae partes et sono et notione paulum discrepent v. 423 ἐμπεδόφυλλα — ἐμπεδόκαρπα. Quocum exemplo conferri possunt haec Homerica verba Iliad. II, 325 ὄψιμον ὀψιτέλεστον. XVIII, v. 47 'Ιάνειρά τε καὶ 'Ιάνασσα. Hac annominatione ipsa Aeschylus primus mihi quidem videtur saepe uti,[1]) ut Agam. 465 ταχύπορος — ταχύμορον. Sept. 892 αὐτόστονος αὐτοπήμων. Suppl. v. 121 παντάρχας παντόπτας. v. 358 μονοψήφοισι — μονοσκήπτροισι. v. 358 δολό-

---

[1]) Aeschylum autem ipsum quoque illis verborum ornamentis, quae Gorgiea vocantur, saepe uti quis est qui neget? Longum est enumerare omnes eos locos. Quantopere is id agat, ut contraria contrariis opponantur aut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant, vel ex his exemplis intellegi potest: Prom. v. 690 δυσθέατα | καὶ δύσοιστα πήματα, | λύματα, | δείματα. v. 891. 892. καὶ μήτε τῶν πλούτῳ διαθρυπτομένων, | μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων. ||

v. 904 ἀπολέμιστος ὅδε γ' ὁ πόλεμος | ἄπορα πόριμος. ||

Agam. v. 1318 sqq. ὅταν γυνὴ γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ θάνῃ, |
ἀνήρ τε δυσδάμαρτος ἀντ' ἀνδρὸς πέσῃ ||

Suppl. v. 946 sqq. ταῦτ' οὐ πίναξίν ἐστιν ἐγγεγραμμένα, |
οὐδ' ἐν πτυχαῖς βίβλων κατεσφραγισμένα. || (Parisa, Homoeoteleuta).

Agam. v. 323 διχοστατοῦντ' ἄν, | οὐ φίλω, |
καὶ τῶν ἑλόντων | καὶ κρατησάντων.

v. 387 οὐκ ἐκρύφθη, | πρέπει δέ. v. 574 νικᾷ τὸ κέρδος, | πῆμα δ'οὐκ ἀντιρρέπει. | v. 608 ἐσθλὴν ἐκείνῳ, | πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν. v. 1527 ἄξια δράσας | ἄξια πάσχων.

His antithetis postremo adiungenda sunt illae paronomasiae:

Agam. v. 688. 89. 'Ελέναν; ἐπεὶ πρεπόντως ἑλέναυς, | ἕλανδρος, *ἑλέπτολις. /* *v. 1080* "Απολλον ἀγυιᾶτ' ἀπόλλων ἐμός. ἀπώλεσας

φρονες — δολομήτιδες. Pers. 84 πολύχειρ καὶ πολυναύτης. v. 915 κακοφάτιδα βοάν, κακομέλετον ἰάν et aliis multis locis, quos enumerare longum est. Nam satis apparet vel ex his exemplis allatis Empedoclem illas figuras ornantes neque omnium primum neque saepius ceteris poetis usurpasse, sed illud dicendi genus ingenii gentis Graecae proprium fuisse, quippe quod de industria quaesitum poetae universi saepissime atque libenter adhiberent. Jamvero si quis locos ex carminibus Homericis a me (in comment. p. 39—66) allatos cum similibus poetarum aetate inferiorum exemplis comparaverit, facile videat satis multa Homericis tam similia esse, ut ex Homeri carminibus petita esse videantur, et poetas Homerum aut Hesiodum secutos id, quod iis tradebatur, variasse et pro sua argutiore natura frequentius usurpasse. In sententiis autem (γνώμαις) sive proverbiis nescio an illa verborum ornamenta nasci coeperint aut inveteraverint. Quod aliarum quoque gentium poesis videtur docere, ut Hebraeorum. Eorum quidem poetas veteres ipsos quoque in sententiis divinis verba vincire quis est qui nesciat tali arte, ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant (ut Psalm 19, v. 3. 12. — 30, v. 3), aut crebro ut conferantur pugnantia comparenturque contraria (cf. Psalm. 20, v. 8. 9, sentent. Salomonis c. 27, v. 6. 7). Sed ut ad graecos poetas oratio redeat, ex eo potissimum tempore, quo „septem sapientes"

γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον. Facile colligi potest ingens locorum Aeschyleorum numerus. cf. Bergk. (III p. 353 sqq. 1884). — et Wecklein. (adnot. Prom. v. 904).

[1]) Id Lowth (Oxford 1753 „de poesi Hebraeorum divina") primus videtur animadvertisse; quem Herder (1782 „vom Geist der Ebräischen Poesie), de Wette, Ewald, Bauer, alii secuti sunt. cf. Hopf (Alliteration, Assonanz und Reim in der Bibel. Erlangen 1883. —

cf. Ebers „der Klang des Altägyptischen und der Reim (Zeitschr. für ägypt. Sprache und Altert. 1877. XV. p. 45 sqq. — Ed. Wölfflin, „der Reim im Lateinischen. Archiv für lat. Lexikogr. und Gram. 1884. p. 350 sqq. et 1886 p. 443. sqq. — idem „das Wortspiel im Lateinischen". Sitz. Ber. d. bayr. Ak. d. Wiss. 1887. II. 4. p. 187 sqq.

fuisse dicuntur, iam nullus fere poeta est, apud quem sententias vel praecepta plena sapientiae saepissime non reperiamus. Has autem sententias illis orationis luminibus quae schemata vocantur, alius poeta magis alio ornavit, quasi lumina ad sollemnem artis poeticae apparatum pertinerent. Neque mirum est quod Dionys. Halic. (epist. ad Cn. Pomp. 760. 6) orationis lumina et imprimis Γοργίεια poetica appellat.

Quae cum ita sint, verisimile videtur esse Herodotum, cuius orationem epicae tam similem, ut ipse a veteribus ὁμηρικώτατος appellatus sit, esse inter omnes constat,[1]) in carminibus poetarum epicorum, elegiacorum, tragicorum summo studio versatum illa orationis ornamenta, quae saepissime apud eos poetas inveniuntur, libere imitatum esse eaque sensim pedetemptim suis legibus usum plerumque in orationibus, quas Homerum secutus interposuit, usurpasse. Hic quaeret quispiam, num ante Herodotum logographi, qui dicuntur, ipsi quoque poetas epicos secuti illa dicendi ratione usi sint. Quodsi Hecataei fragmenta[2]) lustramus, quamquam omnia fere exigua sunt, tamen nonnulla manifesta eiusmodi dicendi generis vestigia inveniuntur cf. fragm. 16 μέτα δὲ Ὕοψ πόλις | μέτα δὲ Λεσυρὸς ποταμός. fragm. 35. ἒν δὲ Ἰξιὰς πόλις | ἒν δὲ Μενεκίνη πόλις. | fragm. 44. μέτα δὲ Κατάνη πόλις, | ὕπερ δὲ ὄρος Αἴτνη.[3]) Cui non haec legenti illud Homeri (Iliad. V, v. 740) ἐν δ' Ἔρις, | ἐν δ' ἀλκή, | ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή. | in mentem venit? (cf. XVIII, 483). Homericis similia sunt haec quoque eiusdem parisa (fragm. 54) μία ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, | καὶ ἑτέρα ἐν τῇ Ἰλλυρίδι. fragm. 353 ὡς μὴ ὦν αὐτοί τε ἀπόλησθε | κἀμὲ τρώσητε. — et illa schemata, quae Jon Chius exhibet fragm. ἐπιδημίαι I (Müller. II, p. 46) τοίνυν καὶ

---

[1]) vid. quae nuperrime de hac re disseruit E. Zarncke (die Entstehung der griech. Litteratursprachen, Leipzig 1890). p. 15 sqq. et p. 38–48.

[2]) Müller, fragm. histor. graec. I, p. 1–68.

[3]) *cf. fragm.* 54. 56. 65. 75. 83. 116. 140.

πρόσφερέ μοι | καὶ ἀπόφερε τὴν κύλικα | ; paulo post ibidem: ἵνα δὴ ἡ κεφαλὴ τῇ κεφαλῇ ἀσσοτέρα γένηται. ibidem ποιεῖν με | ἔφη, στρατηγεῖν δ' οὐκ | ἐπίστασθαι. Vel ex eis locis perspici potest logographos, quos Dionysius (de Thuc. p. 819 sqq.) plane et dilucide scripsisse et popularibus vocibus usos esse affirmat, ipsos quoque ab illa arte non prorsus abhorruisse. Sed quo facilius intellegatur, quantopere Herodotus in studio carminum Homeri,[1]) Hesiodi, Solonis, aliorum poetarum versatus sit, et quemadmodum illorum poetarum auctoritatem in adhibendis figuris ornantibus secutus in usum suum eorum artificia conferre studuerit, selecta quaedam exempla proferam. Ac primum quidem videamus, quae antitheta Herodotus Homero debere nobis videatur. Quamquam saepe certo diiudicari non potest, utrum illa verborum concinnitas casu orta an de industria facta sit, tamen antithesis, ubi duo vel plura verba ita inter se opposita sunt, ut orationem acriorem et instantiorem reddant, eis potissimum locis arte et de industria videtur facta esse ut I, c. 5[2]) τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν, | τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε, || τὰ δὲ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα, | πρότερον ἦν σμικρά. || VII, 10. ε ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῷα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι | τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει. || ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς.. τὰ μέγιστα .... VII, c. 14 ὡς καὶ μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, | οὕτω καὶ ταπεινὸς ὀπίσω κατὰ τάχος ἔσεαι ||. Occurrit haec sententia — interdum paulo variata forma — saepe apud Homerum Iliad. VI, 149 ἀνδρῶν γενεὴ ἣ μὲν φύει, | ἣ δ' ἀπολήγει || XX, 242 Ζεὺς δ' ἀρετὴν

---

[1]) Quamquam multi sunt, qui Homeri dicendi rationem magna ex parte „historiae patrem" imitatum esse dicant, ut Wendt (über Aehnlichkeit der Sprache Herodots mit der der Epiker, Greiffenberg 1856), Fritzsche (de initiis prosae orationis apud Graecos, Rostock 1875), Hofer (über die Verwandtschaft des Herodot. Stils mit dem Homer. Meran 1878), tamen de hac similitudine, quantum scio, eorum nemo disseruit.

[2]) Cum prioribus verbis: „σμικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων ἐπεξιών" conferre licet illud Homeri: ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα | καὶ νόον ἔγνω.

ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε | μινύθει τε. ‖ XXIV, 528—531 δώρων οἷα δίδωσι κακῶν | ἕτερος δὲ ἑάων. ‖ ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, | ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ ‖ . . . cf. Odyss. XVI, 211 sqq. XVIII, 130 sqq.; apud Hesiod. opp. v. 6 – 8. Jam eandem fere sententiam, quae apud Herodotum invenitur I, 31^{18} V. 4^{3-9} VII 46^{20-22} „πολλάκις | καὶ οὐκὶ ἅπαξ | τεθνάναι βούλεσθαι μᾶλλον | ἢ ζώειν ‖ . αἵ τε γὰρ συμφοραὶ προσπίπτουσαι | καὶ αἱ νοῦσοι συνταράσσουσαι | καὶ βραχὺν ἐόντα | μακρὸν — ποιεῦσι τὸν βίον. ‖ eadem fere antitheta exhibent Homerus Iliad. XV, 502. 511. 512. νῦν ἄρκιον ἢ ἀπολέσθαι | ἠὲ σαωθῆναι . . . . . βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον | ἠὲ (aut) βιῶναι ‖ ἢ (quam) δηθὰ στρεύγεσθαι . . . . ‖ Odyss. XII, 350 sqq. Theognis v. 181. 182. et v. 425, alii.

Cum his contrariis verbis I c. 87 ταῦτα ἔπρηξα τῇ σῇ μὲν εὐδαιμονίῃ, | τῇ ἐμεωυτοῦ δὲ κακοδαιμονίῃ. | conferre licet versus Homericos Iliad. III v. 50. 51 πατρί τε σῷ μέγα πῆμα πόληΐ τε παντί τε δήμῳ, | δυσμενέσιν μὲν χάρμα, | κατηφείην δὲ σοὶ αὐτῷ. ‖ IV, 197. XVI, 730 XXIII, 342. Odyss. VI, 184 πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσιν, | χάρματα δ' εὐμενέτῃσι. | — Idem antitheton, quod Herodot. I, 126 usurpat: τὴν μὲν γὰρ προτέρην ἡμέρην πάντα σφι κακὰ ἔχειν, | τὴν δὲ τότε παρεοῦσαν πάντα ἀγαθά. iam invenitur apud Hesiodum opp. v. 366 ἐσθλὸν μὲν παρεόντος ἑλέσθαι, | πῆμα δὲ θυμῷ χρηΐζειν ἀπεόντος. | Quid? haec verba contraria (I, c. 129): ν ῦ ν δὲ Μήδους — δ ο ύ λ ο υ ς ἀντὶ δ ε σ π ο τ έ ω ν γεγονέναι, | Πέρσας δ ο ύ λ ο υ ς ἐ ό ν τ α ς τὸ π ρ ὶ ν Μήδων ν ῦ ν γεγονέναι δ ε σ π ό τ α ς. ‖ (cf. I, c. 210^{7-8}) nonne versibus Homericis Iliad. XVI, 571—73 ὅς — ἤνασσε τὸ πρίν | ἀτὰρ τότε — ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε (ἱκέτης ἦλθεν). | (cf. Odyss. XI, 483 sqq. et 489 sqq.) videntur similia esse? Non haec verba (Iliad. XVIII, 307· 308): οὔ μιν ἐγώγε φεύξομαι ἐκ πολέμοιο δυσηχέος, | ἀλλὰ — ἄντην στήσομαι, ‖ ἤ κε φέρῃσι μέγα κράτος, | ἦ κε φεροίμην. ‖ (cf. XI, 408—410) aut illud Homeri (IV, 451) „ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων“ (XXII, 253) „ἕλοιμί κεν ἤ κε ἁλοίην — Herodotus hoc loco (IX, c. 48): οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου | οὔτε τάξιν ἐκλείπετε ‖ μένοντές τε ἢ ἀπόλλυτε τοὺς ἐναντίους | ἢ αὐτοὶ ἀπόλλυσθε. ‖

in suum usum videtur transtulisse? Non illud Herodoti (IX, c. 54): „τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα ὡς ἄλλα φρονεόντων ‖ καὶ ἄλλα λεγόντων.“ simile videtur verbis Homericis (IX, 313): „ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, | ἄλλο δὲ εἴπῃ ‖ ?“ Jamvero cui legenti illos locos (III, c. 135): „καὶ ἅμα ἔπος τε | καὶ ἔργον ἐποίεε“ et (IX, c. 92) „ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε | καὶ τὸ ἔργον προσῆγε“ versus Homerici (Iliad. XIX, 242): „αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην, | τετέλεστο δὲ ἔργον“ non in mentem venit? Verba Herodotea (III, c. 72): ἦ πολλά ἐστι τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἷά τε δηλῶσαι, | ἔργῳ δέ. | ἄλλα δ' ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οἷά τε, ἔργον δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν λαμπρὸν γίνεται. ‖ componere licet cum Homericis (Iliad. IX, 443): „μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι | πρηκτῆρά τε ἔργων“ et (Iliad. XVI, 630. 631) „ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, | ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. ‖ τῷ οὔτι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν, | ἀλλὰ μάχεσθαι. ‖ (cf. Iliad. I, 395. 504. IX, 374. Odyss. II, 272, 304. IV, 163). Sed haec sufficiant de antithesi. Sequitur, ut nonnullos locos proferam, ubi Herodotus poetas secutus eiusdem vel affinis stirpis verba iterat aut paulum immutata atque deflexa ponit. Ac primum quidem commemorandae sunt eae paronomasiae, quae integrae ex Homeri, Hesiodi, Aeschyli, aliorum carminibus petitae videntur, ut VII, 171 „λιμόν τε καὶ λοιμὸν γενέσθαι“, quae verba iam leguntur apud Hesiodum opp. v. 243 ἐπήγαγε πῆμα, λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν“ et III, c. 53 „μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ“, quam sententiam exhibet Homerus Iliad. IX, 250 οὐδέ τι μῆχος ῥεχθέντος κακοῦ ἐστ' ἄκος εὑρεῖν et eisdem verbis Aeschylus (cf. Fragm. 339) μὴ κακοῖς ἰῶ κακά. (cf. Sophocl. Aiac. 362. Thucyd. V, 65). Illud Aeschyli (Agam. 177 sq.) „τὸν π ά θ ε ι μ ά θ ο ς θέντα κυρίως ἔχειν —“ conferri potest cum eis verbis, quae Herodotus Croesum loquentem facit (I, 207): τὰ δέ μοι π α θ ή μ α τ α <τὰ>ἐόντα ἀχάριτα μ α θ ή μ α τ α γέγονε. Jamvero ex Homeri Iliad. XVII, 41. 42 ἀλλ' οὐ μὰν ἔτι δηρὸν ἀ π ε ί ρ η τ ο ς πόνος ἔ σ τ α ι, | οὐδέ τ' ἀ δ ή ρ ι τ ο ς. | ἤτ' ἀλκῆς | ἤτε φόβοιο. | petitum videtur illud dictum (VII, c. 9 γ): ἔ σ τ ω δ' ὦν μηδὲν ἀ π ε ί ρ η τ ο ν, | α ὐ τ ό μ α τ ο ν γὰρ οὐδὲν, | ἀλλ' ἀ π ὸ π ε ί ρ η ς πάντα κτέ. Adde quod

Herodotus libenter diversos casus eiusdem vocabuli iterat et subinde subiungit eodem fere modo, quo Homerus et ei qui auctoritatem eius sequuntur. Quod studium vocabula consona deinceps conserendi facile cognosci potest vel ex eis exemplis, quae supra ex libris Herodoti p. 21 et ex Homericis Hesiodeisque carminibus p. 22 attuli. Figuram[1]) autem „etymologicam" hic mitto, quippe quam Amrheim[2]) nuper multis exemplis iam illustraverit. Illud quoque studium verba similia conglutinandi Herodotum poetis[3]) debere verisimile videtur. Postremo nonnulli loci addendi sunt, ubi eiusdem verbi diversas formas de industria et cum rhetorica vi quadam ille adhibuit, ut I, c. 39 ποιέειν τὰ ποιέεις. c. 91 εἶπε τὰ εἶπε. c. 206 σπεύδων τὰ σπεύδεις, ἄρχοντας τῶν περ ἄρχομεν. c. 207 νικέων δὲ οὐ νικᾷς. c. 210 ἀντὶ δὲ τοῦ ἄρχεσθαι ὑπ' ἄλλων ἄρχειν. II, c. 49 ποιεῦσι τὰ ποιεῦσι. III, c. 156 πεπονθέναι τὰ ἐπεπόνθεε ὑπ' ἑωυτοῦ. Similis congeries iam apud Homerum legitur Iliad. VIII, 215 εἰλομένων. εἶλει δὲ θοῷ. XI, 475 ἔλαφον κεραὸν βεβλημένον, ὃν τ' ἔβαλ' ἀνήρ XIII, 482 ἐπιόντα πόδας, ὅς μοι ἔπεισιν XVI, 105 βαλλομένη — ἔχε, βάλλετο. XIX, 376 καιομένοιο πυρός. τὸ δὲ καίεται XX, 317 δαιομένη, δαίωσι. XXI, 343 πῦρ δαίετο, καῖε δὲ νέκρους v. 375 πᾶσα δάηται καιομένη, καίωσι. XVIII, v. 308 φέρῃσι — ἦ κε φεροίμην v. 309 κτανέοντα κατέκτα. Odyss. IV, v. 754 κάκου κεκακωμένον. Eadem autem eiusdem verbi repetitione ad epici poetae exemplum videntur se applicare ceteri poetae ut Aeschylus Prom. 448 sq. βλέβοντες ἔβλεπον — κλύοντες οὐκ ἤκουον. Sept. 246 νῦν ἀκούουσ' ἐμφανῶς ἄκου' ἄγαν. Agam. v. 545 ποθεῖν ποθοῦντα. v. 1623 οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε; Cho. 878 εἰ νικῶμεν ἢ νικώμεθα 1058 ὑμεῖς — οὐχ ὁρᾶτε τάσδ', | ἐγὼ δ' ὁρῶν.

---

[1]) Hanc figuram Volkmannus (p. 408) in generibus paronomasiae numerat (σχῆμα ἐτυμολογικόν).

[2]) Amrheim multa exempla attulit fig etymol. p. 9 sqq. (de pleonasmo Herodoteo, Hameln 1884).

[3]) *cf. La Roche* (Homerische Studien, Wien 1861, „der Accusativ *im Homer*"). *vid.* Lobeck. (Paralip. p. 59 sqq.)

Sed quam frequenter et quam libenter his orationis formis, quae παρονομασίαι vocantur, illi poetae et eorum auctoritatem secutus Herodotus usus sit, satis illustratum est exemplis. Restat multitudo locorum, ubi Herodotus videtur elaborare de industria, ut paria paribus adiungantur et „pariter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum". Ex Homeri autem carminibus videntur fluxisse et alia et haec parisa imprimis: I, c. 32 πολλὰ μὲν ἔστι ἰδεῖν (τὰ μή τις ἐθέλει), | πολλὰ δὲ καὶ παθεῖν, | (Parison, Homoeoteleuton). cf. Iliad. IX, v. 492 πόλλ' ἔπαθον, | καὶ πόλλ' ἐμόγησα. | I, c. 35 τίς τε ἐὼν | καὶ κόθεν τῆς Φρυγίης ἥκων | (Parison, Homoeoteleuton). cf. Odyss. I, v. 170 τίς, | κόθεν εἰς ἀνδρῶν κτέ. I, c. 71 σιτέονται δὲ οὐκ ὅσα ἐθέλουσι, | ἀλλ' ὅσα ἔχουσι, || (Parison, Homoeoteleuton) πρὸς δὲ οὐκ οἴνῳ διαχρέωνται, | ἀλλὰ ὑδροποτέουσι, || οὐ σῦκα δὲ ἔχουσι τρώγειν, | οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. | cf. Iliad. V, v. 341 οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', | οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον. | Odyss. XIII, 409 ἔσθουσαι βάλανον μενοεικέα | καὶ μέλαν ὕδωρ πίνουσαι. || I, c. 155 καὶ τῶν πρότερον | καὶ τῶν νῦν ἐστεώτων. | Iliad. I, v. 70 ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα | τά τ' ἐσσόμενα | πρό τ' ἐόντα. || VII, c. 28 οὔτε σε ἀποκρύψω | οὔτε σκήψομαι[1]). | cf. illud Homeri: Odyss. IV, 350 οὐδέν τοι ἐγὼ κρύψω ἔπος | οὐδ' ἐπικεύσω. || Alia parisa et homoeoteleuta ad similitudinem locorum Homericorum ficta videntur ut I, c. 88 πόλιν τε τὴν σὴν διαρπάζει | καὶ χρήματα τὰ σὰ διαφορέει. | c. 155 ὡς μήτε ἀποστέωσι | μήτε δεινοί τοι ἔωσι. | III, c. 4 καὶ γνώμην ἱκανὸς | καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος. || c. 36 ὃς χρηστῶς μὲν τὴν σεωυτοῦ πατρίδα ἐπετρόπευσας, | εὖ δὲ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ συνεβούλευσας. ||

[1]) Accedunt verba Homerica, quae occurrunt in Herodotea oratione, ut V, c. 65 ἔρξαν ἢ ἔπαθον. cf. Odyss. VIII, 490 ὅσσ' ἔρξαν τ' ἔπαθόν τε. VII, c. 28 ἐπιστάμενός τοι ἀτρεκέως καταλέξω. cf. Iliad. X, 413 ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως καταλέξω. illud Homeri Iliad. VII, 125 ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων cf. Herod. VII, 159[2]. — Jamvero his prooemii verbis: „μήτε τὰ γενόμενα — ἐξίτηλα γένηται, | μήτε ἔργα μεγάλα — ἀκλεᾶ γένηται" ab Herodoto ipsi adumbrati videntur versus Homeri Iliad. XXII, 304. 305 „μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, | ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

c. 46 τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα ἐπιλεληθέναι, | τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνιέναι. | VII, 16[a] τῆς μὲν ὕβριν αὐξανούσης, | τῆς δὲ καταπαυούσης | καὶ λεγούσης. ‖ IX, c. 41 πολλὸν μὲν ἐπίσημον, | πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον, quae conferre licet cum his locis Homericis Iliad. II, v. 382 εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, | εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω. ibidem v. 485 sq. ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, | πάρεστέ τε, | ἴστε τε πάντα. ‖ — ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν. ‖ VI, v. 232 φωνήσαντε | — ἀίξαντε. | v. 236 χρύσεα χαλκείων, | ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. ‖ XIV, v. 377 χείρονι φωτὶ δότω, | ὃ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δύτω. ‖ XV, v. 159 „πάντα τάδ' ἀγγεῖλαι, | μηδὲ ψευδάγγελος εἶναι“ et cf. XX, v. 392. XXII, 383. XXI, 523. 524. Odyss. II, 203. VI, 63. IX, v. 297. X, 123. XV, v. 70. v. 74. 462.

Ex tanto exemplorum numero facilius quam ex longinquis explicationibus colligi potest illa orationis lumina, quae in Herodoti libris passim leguntur, neque ex rhetorum praeceptis orta neque ex libris prosa artificiosa scriptis[1]) hausta esse, sed Herodotum auctoritatem poetarum[2]), quippe qui omnes fere illis ornamentis saepe et libenter uterentur, secutum esse maximeque Homeri genus dicendi ad imitandum sibi proposuisse. In praesens hactenus; loci enim angustiis impedimur, quominus nunc de illo[3]) libello „Pseudoxenophonteo“, qui ipse quoque complures Herodoteis similes figuras ornantes exhibet, verba faciamus.

---

[1]) Non consentio cum eis, quae E. Zarncke l. l. p. 15 de hac re disseruit: „Doch sicher verdankt er die epische Sprache, die neben dem ionischen Dialekt am auffälligsten hervortritt, zu einem guten Theil seinen prosaischen Quellen, die ihrerseits auf Epen zurückzuführen sind“.

[2]) cf. Aristot. (art. rhet. III. 1. 1404a. 20—26. — et illud Strabonis p. 18. ὁ πεζὸς λόγος ὅγε κατεσκευασμένος μίμημα τοῦ ποιητικοῦ ἐστι κτέ.

[3]) Neque ea, quae Susemihl (p. XXI quaest. epicrit. Gryphisw. 1884) dixit libellum „de republica Atheniensium“ scriptum esse sine arte Gorgiea, probare possum, neque consentio cum Maassio (Herm. XXII p. 580 sqq.), cuius verba ipsa repetam: „der Verfasser der Schrift „vom Staate der Athener“ — schreibt einen kunstlosen und individuellen Stil, eine Kenntnis der typischen Mittel des Gorgias verrät er nicht. Herodot steht stilistisch in *der Mitte* zwischen den Extremen . . .“

A FINE IS INCURRED IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW.

AUG 1 WIDENER
MAR
4/3/1985
CANCELLED
JUL 25 1982 ILL
REC'D JUL 27 1982
WIDENER
7310840
MAR 0 8 2003
CANCELLED


Widener Library
3 2044 083 015 818